

## ZACHARIAS Mitylenensis Ep. († post 536)

## HISTORIA ECCLESIASTICA

**1521** Cap. I. Mortuo fidi principi Theodosio, imperium obtinuit Marcianus, qui instante apud eum uxoremque eius Pulcheriam Leone Romano, congregari iussit synodum, quae reapse coacta est Chalcedone, anno Alexandri Macedonis 764, convenientibus ad eam episcopis sexaginta quatuor supra quingentos. Sed tamen Theodoretus Cyri episcopus Leonem antea concitaverat ad scribendum ad Flavianum eam epistolam, quae dogmatica dicitur, Eutychianae doctrinae adversantem. Scribens itaque Leo, Theodoretum Marciano Augusto eiusque coniugi impense commendavit: qui quidem Augustus Nestorii doctrinam hauserat, eiusque dogmatibus adhaerbat: quare et ipsum ex exsilio per Ioannem tribunum una cum Dorotheo Marciani ipsius populari, Nestorii socio, revocaverat. Porro redux Nestorius sanctam Virginem Deiparam coepit his verbis irridere: «Quid est Maria? Adhucne Mater Dei vocatur?» Moxque ei poena Dei vindicta supervenit, veluti olim Ario, qui in Dei Filium blasphemus fuit: etenim iumento deiectus Nestorius, concisa lingua, atque ore vermis abroso, in itinere extinctus est; cum eoque simul Dorotheus socius obiit: quibus auditis, doluit imperator, neque hanc rem sine suspicione et cura transmisit.

PROCOPIUS Gazaeus<sup>1</sup> (465 † 530/538)

## COMMENTARII IN GENESIN

**1522** Cap. III, 16. [...] «Ο Ἄδαμ οὐκ ἤπατήθη, ἡ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονεν». "Ενθα δὲ συνέδη τὸν μὲν ἄνδρα ἀπατᾶσθαι, τὴν δὲ γυναῖκα μένειν ἀνεξαπάτητον· καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς εὑθὺς περιτρέπεται, καὶ δίδωσιν αὐτῇ τὸ διδάσκειν, λέγων· «Τί γὰρ οἴδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις»; πᾶς δὲ πρὸς σωτηρίαν ἥγοιμενος, ἀρχῶν τοῦ σωζομένου καθέστη-

**1522** Cap. III, 16. [...] *Adam non deceptus est, sed mulier circumventa transgressioni facta est obnoxia.*<sup>2</sup> Ubi vero fieri potest, ut imponatur viro, et mulier evadat doli et fraudis laqueos, ibi continuo mulieri iterum tribuitur imperii dignitas, ut doceat, quod quidem patefit ex his Pauli verbis: «Qui namque scis, mulier, an maritum sis ser-

<sup>1</sup> Vel Gazensis.

<sup>2</sup> I Tim. II, 14.